



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

127. An Superior Regularis ex industria differens mittere subditum ad
Episcopum Diœcesanu[m] ordinantem, ut postea illum mittat ad alium
Episcopu[m], peccet mortaliter, & incurrat pœnas, stante ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

RESOL. CXXVI.

An Regulares in foro conscientie possint vti priuilegiis suis, que sunt expreſe renovata per Concilium Tridentinum, ut v.g. an Regulares in foro conscientia possint ordinari aue legitimam etatem, &c. Ex p.3. tract.2. Ref.59.

Sup. hoc su
gra in R. 85.
§. Seco lo
quarto. A lin
2. ver. Elts
conclusion
& infra in

Respondeo negatiuē cum Portel in dub. Re-

gal. verb. priuilegium, n.64. Miranda in ma-

nuali Praefat. tom. 1. q. 39. art. 1. concl. vn. Io. de la Cruz

de statu Relig. lib. 2. c. 2. dub. 1. concl. 2. & 3. Emanuel

Sā verb. Relig. n. 56. & alij.

2. Sed affirmatiuā sententiam tuerunt Henr-
iquez lib. 7. cap. 24. in glossa lit. K. Vega in sum. tom. 1.

cap. 62. cas. 4. Rodriguez in q. Regul. tom. 1. quast. 8.

art. 9. Sanchez in sum. tom. 2. lib. 5. c. 4. n. 16. Beia p. 4.

cap. 38. Compendium Societatis Is 5 v. verb. Concilium

Trident. §. 5. Cabucinus, & alij. Et hanc sententiam

probabilem esse putat Portel loco cui. vbi ait. Et proinde

de qui voluerit tenere cum Rodriguez, Henriquez,

Cabucino, & compendio Societatis Is 5 v. non con-

demno. Ita ille. Et ratio est, quia hoc priuilegium Re-

gularium concessio Pius V. & licet Greg. XIII. reuocau-

erit illa, quae Pius V. concesserat contraria Concilio

Trid. solum reuocavit, vel pro foro externo tantum, vel

reuocavit solum constitutiones scriptas, non vero ora-

cula viua vocis, quae non sunt constitutiones. Sed an

stante hac opinione possint Regulares ordinari in

foro conscientia arte legitimam etatem affirnant

Emanuel Sā ver. Relig. n. 56. sed optimè negat Val-

quez in 3. part. tom. 3. disp. 2. 46. cap. 4. num. 4. 3.

3. Notandum est tamen hic obiter cum Portel vbi

suprà num. 65. quod quando Pontifices dicunt in con-

firmatione Priuilegiorum (dummodo sacris Canonici-

bus, & Concilio Trident non aduersentur) illud, sa-

cris Canonibus, non intelligitur de Decretis contentis

in iure Canonico; his enim multa priuilegia clare

sunt contraria, sed intelligitur de Canonibus possitis

in eodem Concilio Trident. in illo enim sunt etiam

Canones, & Decreta.

Et pro vlt.
quast posits
ad lin 4. an
te finem §. 2.
huius R. in
tom 2. tr. 5.
R. 85 §. Allo-
rit tertio, &
sege etiam
aliam R eius
not. & infra
vit. in prin-
cipio.

cula viua vocis, quae non sunt constitutiones. Sed an

stante hac opinione possint Regulares ordinari in

foro conscientia arte legitimam etatem affirnant

Emanuel Sā ver. Relig. n. 56. sed optimè negat Val-

quez in 3. part. tom. 3. disp. 2. 46. cap. 4. num. 4. 3.

3. Notandum est tamen hic obiter cum Portel vbi

suprà num. 65. quod quando Pontifices dicunt in con-

firmatione Priuilegiorum (dummodo sacris Canonici-

bus, & Concilio Trident non aduersentur) illud, sa-

cris Canonibus, non intelligitur de Decretis contentis

in iure Canonico; his enim multa priuilegia clare

sunt contraria, sed intelligitur de Canonibus possitis

in eodem Concilio Trident. in illo enim sunt etiam

Canones, & Decreta.

RESOL. CXXVII.

An Superior Regularis ex industria differens mittere
subditum ad Episcopum Diocesanum ordinantem, vt
potest illum mittat ad alium Episcopum, peccat mor-
taliter, & incurrit pœnas, stante Decreto Clem. VIII.
sub die 15. Martii 1596.

Et an Superior Regularis contra dictum Decretum
mittens suos subditos ad ordines suscipiendos, si mis-
sionis Ordines non suscipiant, dittas pœnas nibi omittit
incurrit? Ex p. 9. tr. 8. & Msc. 3. Ref. 59. alias 58.

Sup. hoc in §. 1. **N**egatiuē respondet nouissimè Pater Bordone
Ref. seq. §.
Congregatio mer. 39. Tum quia in Decreto duas transgressiones spe-
cioles possunt. Prima est quando Prelatus regularis li-
centiarum suum subditum ad extraneum, dum Dioc-
esanus eo tempore ordinationem haberet; eo enim
caso transgressio est gravis, & preiudicialis Iuribus
Episcopi, quia ei de facto auferit subditum. Secunda
est, quando Prelatus regularis differt, vel remouet
subditum in ordine ad ordinationem, & facit ut suus
subditus ab alio ordinetur Episcopo, in quo sensu
transgressionem non puto mortiferam, nam non est
gravis. Violatio Decreti, quia non continet verba
præceptiva, neque materiam principalem, seu prin-
cipale dispositum, quod est, ut quilibet religiosus
recipiat Ordines ab eo Episcopo, in cuius Diocese-

si moratur, quod verò differatur licentia, vel quod
remoueat ad alium Conventum se habent in con-
sequentiā ad dispositionem decreti, & sic eius
transgressio in his erit solum venialis. Neque in his
casibus graue infertur preiudicium, quia Episcopi
parum curant ordinationem huius, vel illius Reli-
giois hinc, & nunc; & Ius quod habent si per Reli-
gioflos, quoad ordines, est variabile iuxta mutatio-
nem Religiosorum, qui modo in via Dicceci, mo-
do in alia habitant; neque enim habent permanen-
tem mansionem. Neque obstat argumentum à pre-
mis inferri graue peccatum; quia preiudicium
non valere argumentum à grauioribus penit ad
grauiora peccata, Glossa versi. Extremes, capite ad
monere 33. question. 2. præterea pena excommunicati-
onis gravissima est, & tamen quandoque trans-
gressio aliquius rei prohibita sub pena excommuni-
cationis non est peccatum mortale ex iis, quae do-
cent Caetanus, Castrus, & Nauart. capite 23. nu-
mero 53. Demum dici potest, penas in Decreto ex-
pressas non extendi ad hos casus, sed solum ad prin-
cipalem dispositionem, ibi. Litteras dimissorias
concedere ad Episcopum Diccecanum, nam solum
ad hanc aptantur, ibi: quod qui non fecerint, id est,
qui non dederint litteras dimissorias ad Episcopum
Diccecanum, incurrit penas ibidem inflatas;
quæ verba accommodari non possunt prædictis du-
abus casibus negatiuē conceperit. Hac Pater Bordone
vbi supr.

2. Verù his non obstantibus, opinionem affi-
mativam docet Peyrin. de Prelato, quest. 3. capi-
tulo septimo, num. 4. vbi sic ait: Quæro, an Prelati dif-
frentes mittere suos subditos ad suscipiendos Ordines
eo tempore, quo Diccecanus, vbi moratur, or-
dinationes celebrat, vt quando non celebraverit, occa-
sione sumpta, mittant ad alium quemcumque,
peccent, & incurrit penas dicti decreti? Respon-
deretur, mortaliter peccare: tum qui contra-
cunt decreto Papæ in materia gravi: tum quia Dic-
cecanus Episcopo præiudicant. Possunt tamen ex-
fari à mortali, si id bona fide faciant credentes vel
id sibi licere, vel non esse peccatum, sed solum te-
neri ad penam, si in foro exteriori coniuncturant.
Item possunt excusari, si Episcopus Diccecanus ha-
beat examinatores validè rigidos, seu etiam malig-
nos erga regulares in genere, vel in specie, &
aliqui subditorum sint aliquanto debiles, de quibus
illis certò confit, quod non approbabuntur; tunc
enim potest illos constitutre locales in alio conuen-
tu alterius diocesis, in qua non tam rigorosè
cum Regularibus agatur. Quod constat: quia potest
regularis qui solum scit legere, & scribere absque
Grammatica, ad quemcumque Ordinem promovi-
ri: sed hic, si in aliquo Episcopatu permaneat, nun-
quam ordinabitur, quia in eo non ordinantur, ni-
si qui bene callent lingua latinam: ergo potest
per Prelatum mitti in alium Episcopatum, in quo
non tam rigorè cum eo agatur. Quid ad penas
autem adverte, quod non incurrit ipso fa-
cto; ait enim Papa: qui non fecerint, &c. penas
incurrit. Qui modus loquendi insinuat, penam
esse solum commissariam & insigillandam, non
ipso facto inflata, iuxta ea, quæ cum multis
doctet Sayrus de Censur. libro primo, capite 11. nu-
mero 12. & 13. Adde, quod etiam dicta penam pri-
uationis efficit ipso facto, non tantum incurrit in
conscientia, sed semper requiritur Iudicis sententia
saltem declaratoria facti; quia nemo tenetur tam
rigorosam penam in se exequi. Et hæc omnia do-
cet Peyrinus loco citato, & post illum Tamburinus
de Iure Abbatum, tomo secundo, disputatione secun-
da, quastione 18. numero 6. quibus ego adhuc.

3. Sed si aliquis inquirat, an Superior regularis contra dictum decretum mittens suos subditos ad Ordines suscipiendo; si missus Ordines non suscipiat, dictas penas nihilominus incurrat? Negatum sententiam tenet Tamburinus, & Peyrinus locis citatis. Tunc quod hoc statutum odiosum est, & contra antiquissima regularium priuilegia, quibus poterant ordinari a quoconque Episcopo, ut constat ex Calurub. in Compend. priuileg. mendic. ver. Ordines Sacram. I. 3. 9. 10. 11. & ex tom. 1. priuileg. Ordin. Minim. in Confis. 2. July II. §. 6. & ex tom. 2. in Confis. 7. Pij V. §. 9. Vnde strixte est interpretandum. Tum quod verba intelligenda sunt cum effectu, l. 1. §. hac verba, Digestus quod quisque Iur. cap. relatum, de Cler. non resid. cap. qualiter, ubi gloss. ultim. de pac. cap. si à Iudice, de appell. in 6.

4. Verum pro affirmativa sententia stat Garcia in addit. part. 5. cap. 7. num. 9. 2. Riccius part. 4. decr. 118. num. 10. & Pater Bordonus ubi supra, num. 66. Quia (ait iste) etiæ actus concessionis sit ordinatus ad receptionem Ordinum; nihilominus, qui in ratione confessionis habet totam suam perfectionem, & complementum ex parte concedentis, respectu cuius pena attenditur: id est, cum in se sit actus complectus, & ab solitus, nihil prohibet, quin inducat penitentiam incursum. Nec urgent allata à Peyrino, quia licet alias Praelati regulares possint dimittere suos subditos ad quoconque Episcopos; tamen ex Decreto hoc nunc non possunt; & cum etiam constet de penis, & de perfectione actus; non potest inferri nisi incurso penarum, quicquid deinde sit de non sibi dimisoriarum; neque ex hoc extenditur decretum, sed intelligitur secundum verum sensum; & priuilegia illa cum iam sint extincta nihil operari possunt defendere superiorum ab incursu penarum, quando directe fuit transgressus decretum. Et bene licentia obtinuit suum effectum ex parte concedentis, licet subditus non fuerit ordinatus, nam effectus ordinacionis supponit quidem licentiam, sed ab ea non pendet vt a sua causa, sed ab ordinatore; licentia enim sufficienter habet suum effectum, quando obtenta fuit a petente. Et id est ego utramque sententiam probabilem puto, licet hæc posterior videatur mihi probabilius.

RESOL. CXXVIII.

An Regulares, qui volunt sacris Ordinibus initiari, debent habere dimissorias ab Episcopis, in quorum Diocesis tunc manent?

Vñ an prædicti Regularibus eas debent dare proprii
Praelati Regulares iuxta formam Congregationis
Concilij? Ex part. 2. tract. 16. & Misc. 2. Resol. 1. 3.
alias 1. 5.

§. 1. A Ffirmatiū respondendum videtur. Nam Gregor. XIII. statuit, ut Regulares suscipiant Ordines factos ab Episcopis, in quorum diecesi sunt monasteria, in quibus tunc degunt, vel dimissorias ab eis accipiant. Et hoc etiam colligitur ex Concilio Trident. sess. 2. 3. cap. 8. & ita hanc opinionem tenet, & docet Henriquez in summ. lib. 10. c. 2. 3. n. 4. & quod mirum est, nouissime P. Vincentius Fillicius in suis quest. mor. tom. 1. tr. 9. c. 5. n. 98. qui excipiunt Societatem Iesu, in qua ex priuilegio satis est dimissoria propria Superioris.

2. Sed contraria sententia absolutè omnibus Religionibus tenenda est. Nam de mandato S. D. N. Sixti Quinti, auditu fuerum procuratores Religionum super declarationem Gregorij XIII. in qua, ut diximus, Regulares tenebantur recipere Ordines la-

cos, vel dimissorias ab Episcopis: & idem Sanctissimus, hoc non obstante, ex sententia pronuntiavit, posse Regulares concedere dimissorias ad Episcopum diecesis, quod si absuerit, ad quemque mque dummodo ab Episcopo, qui ordines contulerit, examinatur quoad doctrinam. Et tandem Clemens VIII. præscripti Regularibus modum, & formam concedendi dimissorias sibi subditus. Verba declarationis sunt haec. De mandato S.D.N. Clementis diuina prouidentia Papæ VIII. tenore præfentum mandatur omnibus, & singulis quorumcunque Regularium superioribus, ut de cetero obseruari faciant, ea quæ in decreto Sactæ Congregat. Concilij Tridentini continentur, cuius tenor est talis.

3. Congregatio Concilij censuit, superiores Regularis posse suo subdito idem Regulari, qui prædictis qualitatibus requisitis Ordines suscipere voluerit, litteras dimissorias concedere ad Episcopum, tamen dicecefanum, nempe illius Monasterij, in cuius familia ab his, ad quos pertinet is Regularis, positus fuerit, & si dicecefanus absuerit, vel non effici habiturus ordinaciones, ad quocumque alium Episcopum, dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinatur quoad doctrinam, & dum ipsi Regularis non distulerint de industria concessionem dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus dicecefanus vel abfuturus, vel nullas habiturus esset ordinaciones.

4. Verum, cum à superioribus Regularibus Episcopo dicecefanico abiente, vel ordinaciones non habente, litteræ dimissoriae dabuntur, in eis utique huiusmodi causam absentie dicecefanii Episcopi, vel ordinacionum ab eo non habendarum, exprimendam esse. Quod qui non fecerint offici, & dignitatis, sed administrationis, ac vocis actiæ, & passiæ priuationis, ac alias arbitrio eiusdem S.D.N. Papæ relaxatas penas incident. In quorum, &c. Dat. Romæ disp. 15. Martij Ann. 1596. Hoc decretum inuenies apud Piafecium in prædicti Episcopali part. 1. cap. 1. num. 1. 4. Quarantam in summ. ver. ordo, in fine, fol. mibi 392. Naldum in summ. ver. ordo, num. 26. vide Petr. Ledesimam in summ. tom. 1. de sacram. Ordinis, cap. 8. concl. 10. fol. mibi, 448. & nostrum Patrem Molfechum in summ. tom. 1. tract. 2. c. 2. num. 2. 3. & seq.

RESOL. CXXIX.

An Praelati nostra Religionis, & aliarum, que priuilegiiorum communicatione gaudent, possint concedere dimissorias Noutiis, ut ab Episcopo Ordinentur: Ex p. 3. tr. 2. Resol. 7.

§. 1. N egatiū responderet Peregrinus in Comm. Consist. nostra Relig. p. 1. c. 4. littera A. §. 1. & sic ait ille. Si aliquis ex nostris Praepositis concederet Dimissorias Noutio ad recipiendam primam tonsuram incurrit suspensionem ab officio, & beneficio, latam in Concil. Trident. sess. 2. 3. c. 10. Ita Peregrinus.

2. Sed aduersus illum prorufus affirmatiū sententiam sustinendam esse puto. Nam vt obseruat Bartholomaeus de Vecchis in prædicti Noutiorum disp. 11. dub. 8. n. 3. Ascanius Tamburinus de iure Abb. tom. 2. disp. 2. n. 2. 7. n. 2. Ioan. Bapt. Tiber. in Instruc. pro ordinanc. c. 7. q. 50. & Sanch. in sum. tom. 2. lib. 6. c. 10. n. 2. in fine. Si in aliqua Religione adest priuilegium mittendi Professos cum litteris dimissorialibus ad quoconque Episcopos, causa factos Ordines suscipiendi, integrum est. Superioribus dictæ Religionis conferre etiam Noutiis hanc licentiam, & litteras dimissorias præbere. Sed in nostra Religione adest sibi prædictum priuilegium, ergo, &c. Minorem propositionem huius argumenti, ex qua labefactatur opinio Peregrini, probo euidenter

H cx

Sup. hoc
examine in
Res. mor. pre-
terit. §. De-
inde. & in
alii claus. ann.
& pro
sequentiis
in hoc textu
a vers. dum
ipsi Regulari-
tes, late in
Res. præteri-
ta, & in aliis
claus. ann.
& supra in
R. 4. §. De-
cimus ter-
tius.